



ILLVSTRIS. ANTONIO PERE-
noto Grandiuellano Cardinali ampliff. ac Proregi Nea-
polis Meritiff. Hu. Cinus Campanus.
S. P. D.



O GITANTI mihi post diutinam peregrinationem de Principe urbium Roma felicissima reuisenda, remque vna cum amicis, vt par est, communicanti vsu venit Prorex Ampliffimè, vt illarum querimoniarum occasione argumentum huiuscæ epistolæ nactus leuidense hoc munusculum tibi Heroi præstantissimo actutum offerre sim ausus. Dolebant enim præter meam hanc ambitionè nullum memoriæ nostræ vestigium penes eos remanere, nullum posteritari monumentum, quo perpetua quadam, ac iucunda recordatione prosequèdo frueretur: & eò magis quòd excellens Bellonus eodem olim quo ego munere fungens vigiliis suis eminentissimi ex raro hominù genere Nicolai Grandiuellani propugnatoris virtutis acerrimi patrocinio cõmendatis Burgundos donarit: Suas itidè magno iudicio & eloquentia Olcignanum tuo inclito nomini offerre deliberasset, nisi Collaterale Cõcilium apud Belgas, quòd in eo ordine cooptatus esset eum ab instituto deturbasset. Me verò solum hinc sponte recedentem excusari iustè non posse si tacitus insalutato (vt aiunt) hospite recessissem: & eò minus quòd præclara Dolæ Ciuitas Athenas illas insignes imitata idè excellentes neutiquam impensarum magnitudini parens vndeque Artifices aduocat, quo admirandum aliquod signum dolent, ac publico splendori propalam ponant. Addebant præterea me multis eidem beneficiis autoratum discedere ab officio præter nefas non posse, præsertim cum iam pridem spectabiles illius Scabini distributoribus grauissimis illustri Iacobo à sancto Mauritio Priore Bellasontanæ consobrino tuo Sc-

CLARISSIMI M. HV. CINI
Campani equitis pij Dolanæ Aca-
demix Regij primi P rofesso-
ris ad vtilissimam. l. contra
ctus ff. de Reg. Iur.



LVTETIÆ PARISIORVM,

Apud Michaëlem Sonnum, sub scuto Basi-
liensi, via Iacobæa.

M. D. LXXIII.

Cum priuilegio Regis.